**M0011001: Galen: De causis respiratione, 1536: page 117**

**Publication/Creation**

June 1949

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/ddegnbau

**License and attribution**

Wellcome Library; GB.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

uiſceris partium generationẽ. Verum longum ad hoc tempus utiq; requi-ratur,& non ſtatim cum primis diebus contingat,in quibus hepar genera-tionis principium accipit,ac paululum ab uteri corpore diſtat. Quem enim liquorem rubrum & rotundum intra ſecundã in genitura ſex dierũ pelluce ſcere Hippocrates dixit, hic ſanè hepar ipſum fuerit inarticulatum adhuc & informe. At uero in abortibus fœtuum ſupra triginta dies,prope inter ſe ſita manifeſte apparẽt tria hæc animalis membra, Hepar,cor & cerebrum. atq; maius quidem utriſq; alijs hepar, inferiora uero ipſo longe ſunt iuxta magnitudinẽ tum cor,tum cerebrum. Nec uero poſſibile eſt inuenire,quã-do cor principium formationis habeat. Abortus enim qui in primo menſe fiunt,nihil manifeſtum docent, & diſſectio animaliũ hominibus ſimilium iuxta eundẽ modum neq; ipſa quicq; conſtans oſtendit,quam diu ſanè in articulatus fuerit fœtus. Vbi autẽ in articulos iam digeri cœperit,plurimæ quidem aliæ partes nullum manifeſtũ lineamentum habent. Solæ uero prope inter ſe ſitæ tres hæ conſpiciuntur, uelut iam dixi cor, cerebrum & hepar. Ab initio igitur quando libros de ſemine ſcribens,cogebar de ordi ne temporis ſingularum partium formationis aliquid dicere, Cor ſimiliter ut hepar circa primos geſtationis in utero dies,uelut fundamentum quod dam generationis obtinere dixi,ex utilitate ipſius quæ in perfectis corpo-ribus maxime memorabilis exiſtit, ad hanc ratiocinationem perductus.

*Hepar*
*Cor*
*Cerebrum*
*Principium formationis cordis eſt ignotum*

*Loc9 ex primo libro de ſemine re tractatur*

Vbi uero reliquis omnibus tum medicis,tum philoſophis complacitũ eſſe reperi,fœtum uſq; ad manifeſtam effigiationem ſimiliter ut plãtas guber-nari,probabilius etiam mihi uiſum eſt nullam ipſius generationis in princi pio eſſe utilitatem,Imò penitus hepate poſteriorem ipſam formari. Verũ hoc ipſum quomodo fieret quærebam, Ex duobus enim his alterum ne-ceſſarium eſt,aut ex emergẽte ex hepate ſanguine,unà cum hepatitide ue-na etiam cor ipſum generari oportere,aut per magnam arteriam,quæ & i-pſa ſanguinem habet,non ſolum ſpiritum,uelut Eraſiſtratus opinatur. Cæ terum pleroſq; decipi ueriſimile eſt,& præſertim philoſophos,ut qui nihil ſciant de his quæ in diſſectionibus animalium apparent, ex quibus maxi-me cõmoda ſunt,quę circa uiuentium reſectionẽ,artificioſe ad partiũ in al-to ſitarũ denudationem factam,apparẽt. Quare etiã iuxta hoc longus ſer-mo fit his qui ipſum totũ ſcientifice ediſcere cupiũt. Vnus etenim eſt liber à me ſcriptus in quo reſpirationis utilitatẽ conſidero. Deinde alius illum ſe-quens,de arteriarũ ac pulſuũ in ipſis utilitate,in quibus ſi quis legẽdo ſe ex ercitauerit, cognoſcet fœtũ in principio generationis,neq; arteriarum neq; pulſuũ,neq; cordis,neceſſariã utilitatẽ habere, quẽadmodum neq; plãtas. Et tamen etiã de plantarũ generatione prius aliquid conſideraſſe oportet, Ex his enim quæ ad plãtas neceſſaria ſunt,cognoſcere licet qualibus & quã tis fœtus opus habet,donec ab una anima gubernetur, uelut etiam plantæ

*Cordis generatio ũde ſit*

*Diſſectio animaliũ uiuorũ*

*Cordis generatio in principio non neceſſaria*

 Voca-